

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Iniuria i
cum fontibus proximo et primo

Parua uerba multociens homicidium pepererunt,
et ciuitates integras conuerterunt.

Nunquid parum estimes fratrem stultum uocare,
auferens ei prudentiam et intellectum,
quo homines sumus, et ab irrationabilibus distamus.

Crisostomus super illud Matthei V.:
Qui dixerit fratri suo fatue et cetera.

Chrysostomus in matth....
Non ergo aestimes hoc esse onerosum:
plures enim poenarum et peccatorum a verbis habent principium:
etenim parva verba multoties homicidium pepererunt
et civitates integras everterunt.

Nec enim parvum aestimes fratrem stultum vocare,
auferens ei prudentiam et intellectum,
quo homines sumus et ab irrationabilibus distamus.

Thomas de Aquino, *Catena aurea in quattuor evangelia, expositio in Matthaeum*, 5.13 (P.A. Guarienti ed., p.84).

Aut ignoras quoniam inimicicie tempore, ira accensa,
et anima ardente, et quod minimum est magnum appareat,
et quod non ualde est, iniuriosum onerosum esse uidetur,
et multotiens parua hec, et occisionem pepererunt,
et ciuitates integras euerterunt?

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione Burgundio*, 16 (Biblioteca apostolica Vaticana,
MS Vat. lat. 383, fol.59rb, ll.6-14).

Cum id quo ab irrationalibus distamus,
et quo maxime sumus homines, intellectu et prudentia,
auferas fratri omni eum priuans nobilitate.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione Burgundio*, 16 (Biblioteca apostolica Vaticana,
MS Vat. lat. 383, fol.59va-vb, ll.38-40, 1-3).